



**Miracula Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Quidam thesauros ecclesiæ Tungrensis surripere præsumens, miserimmè
à vindice manu Dei punitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

apud Tungros in Hamonia, 39

QVIDAM THESAUROS ECCLESIAE Tungrensis surripere praesumens, misericordie à vindice manu Dei punitur.

CAPVT XVI.

ANno supra millesimum centesimo quinquagesimo in solemnitate Paschali, filius pastoris Tungrensis (quem de legitimo matrimonio ante sacerdotium susceperat) noctu clanculum ædem Tungrensem ingressus per fenestram, sacris fontibus contiguam vt furaretur ecclesie thesauros, qui erant in gazophylachio, arrepta securi viam fecit: sed vt pugillos aliquot argento impleuit, ita se occulta vi præpeditum in brachio sensit, vt manum è gazophylacio retrahere non posset: quo tempore factus amens & mutus, à vindice manu Dei, hæsit attonitus misereque afflictus, donec factum eius in omnium notitiam deuenisset: nec loqui potuit, nisi à patre suo in nomine Dei beatęque Marię Virginis coniuratus. Tum Prætor Senatusque Tungrensis apprehensum coniecit in vincula, vt pauldò post vitam finiret laqueo, sic enim condemnatus erat: sed felici auspicio cum pœniteret illum sceleris; carceres, qui vicini erant ædi, perfregit & Auernos fugit: vbi eremiticam vitam duxit ad nostram DOMINAM de Puteo, quam vocant

PVER